reclusus aſpexit. Moxq; ab vniuerſo populo capitur trahitur et ſummus pontifex cōſecratur. ¶ Secundo magnificauit deus beatum gregorium in exauditiōe. Nam exaudiuit illū ꝓ trayano deprecantē ſicut ſcripſi in quadrageſimali noſtro ī tractatu de iuſticia dei. Exaudite inſup fuerūt preces illius: dū peſtis vrbem crudeliſſime deuaſtaret. Ordinauit enim tūc quodā paſcali tempore ꝓceſſiones cum letanijs ꝑ ciuitatis circumitū fieri. Dum vero deportaret imago beate virginis quā beatus lucas depinxerat. Ecce tota aeris infectio ꝛ turbulentia imagini cedebat acſi ipſam imaginem fugeret: et eius pñtiam ferre nō poſſet. Sicq; poſt imaginē mira ſerenitas et aeris puritas remanebat: tunc in aere iuxta imaginē audite ſunt voces angelorum canentiū. Regina celi letare alleluia: quia quē meruiſti portare alleluia. Reſurrexit ſicut dixit alleluia. Statimq; beatus gregorius qd̄ ſequitur adiunxit. Ora ꝓ nobis deum alleluia. Tunc gregorius vidit ſuper caſtrū creſcentij angelū dñi qui gladiū cruentatum detergens in vaginā reuocabat. Intellexitq; gregorius ꝙ peſtis illa ceſſaſſet. Et deinde caſtrū illud caſtrum ſancti angeli eſt vocatū. Amplius ꝙ̄ grate fuerūt deo orationes eius oſtēdit angelus q̄ ſibi in miſſa clara voce rñdit. Cū eni in die paſce apud ſanctā mariā maiorem miſſam celebraret: et pax dñi ꝓnunciaret. Angelus dñi alta voce reſpondit. Et cum ſpiritu tuo. Unde papa apud illam eccleſiā in die paſce ſtationem facit: nec ſibi cum dicit: pax domini in huius miraculi teſtimoniū reſpondetur. ¶ Tercio magnificauit deus beatū gregoriū in cōmendatione. Tempore nāq; eius fuit quidā heremita vir magne virtutis qui oīa reliquerat ꝓpter deū: et nihil preter vnam gattā poſſidebat. Cui blandiens crebro: quaſi cohabitatricē in ſuis gremijs refouebat. Orauit ergo ad dñm vt ſibi oſtendere dignaret: cum quo future remunerationis manſionē ſperare debuiſſet. q̄ illius amore nihil ex ſeculi diuitijs poſſideret. Quadā ergo nocte ſibi reuelat vt cū gregorio romano pontifice manſionē ſibi ſperare deberet. At ille fortiter ingemiſcens parū ſibi voluntariā paupertatē ꝓfuiſſe putabat: ſi cum eo remuneratione reciperet: qui tantis mundanis diuitijs abundaret. Cū ergo gregorij diuitias ſue paupertati die noctuq; ſuſpirando cōferret. Alia nocte audiuit deū ſibi dicentē: cū diuitē nō poſſeſſio diuitiarū faciat: ſed cupiditas. Cur audes paupertatē tuā gregorij diuitijs cōparare: qui magis illam gattam quā habes quottidie palpando diligere cōprobaris ꝙ̄ ille tantas diuitias quas nō amando ſed ꝯtemnendo: cunctiſq; liberaliter largiendo diſpgit. Itaq; ſolitarius deo gratias retulit: ꝛ qui meritū ſuū diminutū putabat: ſi gregorio cōpararet orare cepit vt cū eo manſionē quādoq; accipe mereret. ꝓpter liberalitatē itaq; ſuā aliaſq; virtutes tandē ad celeſtia regna deus illū ꝑduxit. Cum eni ſediſſet annis tredecim menſibus ſex ꝛ diebus decem: plenus operibus bonis migrauit a corpore: accepitq; coronā vite eterne: ad quā nos perducat Jeſus benedictus filius dei. Amen.

¶ Sermo ſexageſimuſquartꝰ de miſericordia ſancti martini cōfeſſoris.

Qui miſeretur pauperi beatus erit. Scribunt hec verba originaliter Prouer. xiiij. c. Ad laudem ſancti martini cōfeſſoris aſſumpta. In collegio cōfeſſoꝝ in maxima veneratōne habet a cunctis xp̄icolis beatus martinus. nam et eccleſia feſtum eius ſtatuit ꝙ̄tum ad operum ceſſationem ſolenniter fore ſeruandum: et officiū illius cum ingenti ſono eius nominis celebrat: quod in pleriſq; eccleſijs vſq; ad diem octauū ꝓtrahit: ꝓpterea dignū et rōnabile eſt in ſolēnitate illius laudibꝫ eū ꝓſequi quibus poſſumus. In quo et ſi multe virtutes eximie vere ꝑſtiterint: nihilominus miſericordia valde ſydus radiantiſſimū fulſit. idcirco in hoc ſermōe ſub titulo de miſericordia erimus verba facturi. Ob quā de ipo glorioſiſſimo ſancto dicunt verba in themate poſita. In quibus tria myſteria ꝓponimus cōtemplanda.

¶ Primū dicit acceptationis.
¶ Secundū exaltationis.
¶ Terciū glorificationis.

¶ De cōmendatione miſericordie: et de his que inducūt nos ad illā: atq; de miſericordia ſancti martini. ¶ Capitulū. i.

Primū myſteriū cōtemplandū de miſericordia beati martini dr̄ acceptatōis: ꝓpt illā etenī fuit acceptus deo. Sed vt melius partē iſtā ꝑtranſeamus tria ſunt ꝯſiderāda.

¶ Primū dicit cōmendatio.
¶ Secundū inductio.
¶ Terciū dilatatio.

¶ Primū qd̄ occurrit ꝯſiderandū de mīa dicitur ꝯmendatio: ꝙ̄tū. ſ. miſericordia in ſcriptura ꝯmendat. Sꝫ prius q̄d ſit declaremꝰ Et ad hoc dicit ſanctus tho. ꝯa ꝯe. q. xxxi. ſequendo Damaſce. in. ij. li. et Augꝰ. li. xiiij. de

ciui. dei. Miſericordia eſt cõpaſſio miſerie al
terius. id eſt paſſio alien e miſerie in noſtro
corde. Et eſt proprie ad alterũ non ad ſeipm
niſi ſm quandã ſimilitudinẽ. nã ad ſeipm nõ
eſt ꝓprie mia ſed dolor. puta cũ patimur ali-
quod crudele in nobis Jta etiã ſi ſint alique
pſone nobis cõiuncte: vt ſint quaſi aliqd no
ſtri puta filij vel parẽtes in eoꝝ malis nõ mi
ſeremur: ſʒ dolemus: ſicut in vulneribus ꝓ-
prijs. Et ſm hoc phs dicit. v. ethic. Qꝫ durũ
eſt expulſiuũ miſeratõis Miſericordia itaqꝫ
ꝓut dicit triſticiã de alienis malis ſepiſſime
in ſcripturis laudat. Vñ Zacha. vij. ca. ait.
Hec dicit dñs exercituũ. Judiciũ verũ iudi
cate: miam et miſeratões facite vnuſqſqꝫ cũ
ꝓximo ſuo. Et ſapiẽs puerbioꝝ. xxi. c. Face
re miſericordiã et iudiciũ magis placet dño
qꝫ victime. Et Ecci. iiij. c. Eſto pupillis mi-
ſericors vt pater et ꝓ viro matri illoꝝ: ⁊ eris
velut filiꝰ altiſſimi obediẽs: et miſerebit tui.
Et Oſee. vi. c. Miſericordiã volo et nõ ſacri
ficiũ. Et ſapiẽs puer. xiiij. c: Honorat deũ q
miſeret pauperis. et Dauid in ps. cxi. Jocũ
dus homo qui miſeret et cõmodat Et Pau-
lus ad Ephes. iiij. c. Eſtote inuicẽ benigni
miſericordes. et petrus. i. ſua canonica. c. iij.
Oẽs vnanimes in orõne eſtote cõpatientes
fraternitatis amatores miſericordes mode-
ſti humiles. et Ambro. lxxxiij. di. ca. Jn ſin
gulis. miſericordia plenitudo virtutũ eſt. et
Hiero. lxxxvi. di. ca. Qui clementiã nõ habʒ
nec indutus viſcera mie: etiaʒ ſi multũ ſpũa-
lis ſit nõ adimplet legẽ xpi. et Augꝰ. in. xiiij.
de ci. dei. inquit. Longe melius ⁊ humaniuſ
et pioꝝ ſenſibus accomodatius. Cicero in
ceſaris laude locutus eſt vbi ait. Nulla de vir
tutibꝫ tuis nec admirabilior nec gratior mia
Et ſaluator noſter Luc. vi. c. Eſtote miſeri-
cordes ſicut ⁊ pater veſter celeſtis miſericors
eſt. et Mat. v. c. Beati miſericordes: qm ipſi
miam conſequent. ¶ Secundũ qd occurrit
cõſiderandũ circa miſericordiã dr inductio.
Sunt qppe multa que nos inducũt vt miſe-
ricordes ſimus. Et primũ eſt principiũ nr̃i
vnitas. Sumꝰ eni oẽs ex vno pr̃e et vna ma
tre. Unde Augꝰ. li. de diſciplina xpiana ait.
Si putamus nõ eſſe ꝓximos: niſi q de eiſdẽ
parentibꝫ naſcunt: Adã ⁊ euã intendamus:
et oẽs fratres ſumꝰ. Eſt adhuc in nobis fra
ternitas ſpũalis inquantũ ſumus ex vno pa
tre deo et vna matre eccleſia. Secundũ qd
nos inducit ad miſericordiã eſt nature ꝯfor
mitas. Oẽs quippe hoies eiuſdẽ ſpeciei ſunt
atqꝫ nature. Propterea dicebat Eſa. lviij. Cũ
videris nudũ operi eũ: et carnẽ tuã ne deſpe-
xeris. Terciũ eſt dei exemplaritas. Eius eni
eſt ꝓprium miſereri: vt ptʒ in oi ſcriptura vtri
uſqꝫ teſtamenti: ſicut in quadrageſimali nr̃o
ſcripſi in ſermõe de miſericordia dei. ¶ Ter-
cium ꝯſiderandũ de mia dicit dilatatio. Ad
ipam nãqꝫ dilatauit cor ſuũ beatus martinꝰ
qui cõpaſſus eſt triplici ꝓximoꝝ neceſſitati.

¶ Primo temporali.

¶ Secundo corporali.

¶ Tercio ſpirituali.

¶ Primo cõpaſſus eſt beatus martinus ex
mia neceſſitati ꝓximoꝝ tꝑali: dũ eni eſſet ad-
huc cathecuminus in adoleſcẽti etate. Quo
dam hyemali tꝑe ꝑ portã ambianenſiũ trãſi
ens: pauperẽ quendã nudũ obuiã habuit: q
cum a nullo elemoſynã accepiſſet. Martinꝰ
hunc ſibi ſeruatũ intelligẽs: arrepto enſe: qꝫ
militie deſeruiebat clamidẽ ſuam diuidit: et
partẽ tribuẽs paupi: tantũ reliqua rurſus q
ſuperat induit. Sequẽti igit nocte xpm cla-
midis ſue que pauperẽ texerat pte veſtitũ vi-
dit: ipmqꝫ ad circumſtantes angelos ſic lo-
quentẽ audiuit. Martinus adhuc cathecu-
minus hac me veſte cõtexit. Vñ vir ſanctus
nõ in gloriã eſt elatus: ſʒ dei bonitatẽ ꝯgno-
ſcens: cũ eſſet annoꝝ. xviij. baptiſari ſe fecit.
Atqꝫ ad inſtantiã et importunitatẽ tribuni
ſui ꝑ bienniũ militauit. Deinde relicta mili-
tia ad ſanctũ hylariũ pictauienſem epm pre-
xit: a quo fuit acolitus ordinatꝰ. Legit ad-
huc in dialogo ſeueri et galli diſcipulorum
beati martini. qꝫ martinũ in quadã feſtiuita-
te ad eccleſiã tendentẽ dũ eps erat: paupꝫ qui
dam nudus ſecutus eſt. Martinus aũt pce-
pit archidiacono: vt egentẽ veſtiret. Sed cũ
hoc ille facere diſtuliſſet: ingreſſus martinꝰ
ſecretariũ tunicam ſuã illi tribuit et cõtinuo
abſcedere iuſſit. Cũ ergo archidiaconus mo
neret vt ad ſolẽnia pagenda ꝓcederet ille de
ſe loquẽs rñdit: ſe ire nõ poſſe donec paupꝫ ve
ſtem accipiat. Archidiaconus vero nõ intel
ligens. qꝛ cuʒ extrinſecus cappa tectus eſſet:
ipm nudũ interius nõ videbat: pauperẽ non
adeſſe rñdit. At ille. Mihi inqt veſtis defe-
ratur et paupꝫ nõ deerit veſtiendus. Cõpul-
ſus ille ad forũ vadit: et quinqꝫ argenteis tu
nicã vilẽ et curtã rapiẽs ante pedes martini
iratꝰ ꝓiecit. Quã ille ſecreto induit cuiꝰ ma-
nice vſqꝫ ad cubitũ et lõgitudo vſqꝫ ad genu
ptendebat. et ſic miſſam celebraturꝰ ꝓceſſit.
dum autẽ miſſam celebraret globus igneus
ſupꝫ caput eius apparuit: et a multis ibidẽ vi-
ſus erat. ¶ Secũdo cõpaſſus eſt beatꝰ mar-
tinus ex abundanti ſua miſericordia primo
rum neceſſitati corporali. Nam inter cetera

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de ipſo narrat: ꝙ pariſius leproſum quendā
horribilē ſatis obuiū habuit quē oſculatꝰ eſt
atqꝫ benedixit ꝗ ſtatim mundatꝰ eſt. ¶ Ter-
cio cōpaſſus eſt martinꝰ neceſſitati proximoꝝ
ſpirituali. Nā peccatores ad pniāʒ hortaba-
tur: quos ad penitentiā cōuerſos ꝯpaſſionis
ſinu recipiebat. Cū aūt diabolꝰ ipm̄ reprehē
deret. Cur ſemel lapſos ad pniam reciperet.
Rñdit. Si tu ipe o miſerabilis ab hoīm in-
feſtatione deſiſteres et te factoꝝ tuorū penite
ret. ego cōfiſus in dño tibi eius miſericordiā
pollicerer.

¶ Qualiter deus exaltauit beatū martinum
quē voluit in maxima veneratōe ab hoībus
haberi: atqꝫ timeri a demonibus ꝛ clarere mi
raculis. ¶ Capitulū. ij.

Secundū myſteriū cōtemplandū de mi-
ſericordia beati martini: dr̄ exaltatōnis
ꝓpter miam quippe ceteraſqꝫ virtutes eius fu
it a deo exaltatus maxime in tribus.
¶ Primo in hoſtiū opinione.
¶ Scdo in demonū fugatione.
¶ Tercio in miraculoꝝ operatione.
¶ Primo exaltatꝰ fuit a deo in hoīm opinio
ne. deo quidē faciēte hoīes illius tpis marti
num venerari conabant̄: de quo erat opinio
cōmunis et fama ex euidētia facti: qꝛ ſanctus
erat et a mundo totaliter ſeparatus. Cū aūt
plebs Turonica epo careret: ipm̄ plurimū re
nitentem ſibi ordinari petijt. Quidā aūt ex
epis ꝗ cōuenerant eo ꝙ deformis eſſet habi-
tu et vultu deſpectꝰ reſiſtebāt: inter quos ꝑci
puus fuit quidā noīe defenſor. Sed quidaʒ
accepto pſalterio primū ꝗ ſibi occurrit pſal-
mum legit vbi hic verſus erat. Ex ore infan
tium et lactentiū deus ꝑfeciſti laudē ꝓpter ini
micos tuos vt deſtruas inimicū et defenſorē
Et ſic iſte defenſor fuit ab oībus cōfutatus.
Ordinatus itaqꝫ eps cum populi tumultuʒ
nō ferret duobꝫ ꝑo miliaribꝫ extra vrbē mo
naſteriū conſtituit. vbi cū. lxxx. diſcipulis in
multa abſtinētia vixit. Nā ibi vinū nemo no
uerat niſi quē infirmitas coegiſſet. Mollior
habitus ibi ꝓ crimine erat: plurime ciuitates
de his epos eligebāt. Quodā tpe martinus
valentinianū imperatorē ꝓ quadā neceſſitate
adijt. Sed ille ſciēs eū velle petere qḋ ille no
lebat dare. fores palatij ſibi claudi fecit. At
martinus ſemel et iterū repulſam paſſus cili
tio obuolutus et cinere cōſperſus ꝑ vnā heb
domadā cibi et potus abſtinentia macerat̄.
Tunc monente angelo ad palatium venit et
nullo ſibi ꝓhibente ad imperatorē vſqꝫ ꝑue
nit. quē cū venientē videret: iratus. qꝛ fuiſſet
admiſſus ei aſſurgere noluit donec cellā re-
giam ignis operiret: et ipm̄ imperatorē a ꝑte
poſteriori ignis ſuccenderet. Tūc ſancto ira
tus aſſurgens virtutē diuinā ſe ſenſiſſe cōfeſ
ſus eſt. multūqꝫ ipm̄ cōplectens ſibi oīa anq̄
rogaret ꝯceſſit: multaqꝫ munera obtulit ſed
martinus nō accepit. ¶ Scdo exaltauit deꝰ
beatū martinū in demonū fugatione. Sepe
naqꝫ demones ab obſeſſis corporibꝫ effuga-
uit. In dialogo aūt Seueri et Galli legit̄ ꝙ
quedā vacca a demonio agitata cū vbiqꝫ ſe-
uiret et multos cōfoderet: et verſus martinū
et ſocios in itinere furibunda cōcurreret: il-
le manu eleuata ipāʒ ſiſtere iubet: qua immo
bili ꝑmanente: vidit demonē dorſo illiꝰ inſi-
dentem: quē increpans: diſcede inqt funeſte
de pecude et innoxiū animal agitare deſiſte.
Quo ꝓtinus diſcedēte vacca ad pedes illiꝰ
ꝓſternitur et ad eius imperiū cū omni man
ſuetudine ad gregē eſt reuerſa. ¶ Tercio exal
tauit deus beatū martinū in miraculoꝝ ope
ratione. Nam deus multa miracula opera-
tus eſt meritis et fide illius. Nā vice quadā
venenatā herbā inter alias herbas inaduer-
tenter in cibū ſumpſit et vicinā mortem ſen-
tiens periculū et dolorem virtute orōnis fu-
gauit. Cum quidā iuuenis defunctus fuiſ-
ſet: et mater eius ꝓ reſurrectōe filij beatū mar
tinum cum lachrymis exoraret ille in medio
campi vbi erat innumerabilis multitudo gē-
tilium genua flexit: et cunctis videntibꝫ pu-
er ſurrexit. Quapropter oēs illi gentiles ad
fidem cōuerſi ſunt. Cum beatus martinus
quoddā templū antiquiſſimū diruiſſet et ar-
borem pini diabolo dedicatā vellet excidere
obſiſtentibus ruſticis et gentilibus vnus co
rum dixit. Si de deo tuam fiduciam habes
nos hanc arborē ſuccidemus: et tu illam ſu-
ſcipe: et ſi tecū deus tuus eſt vt dicis euades
Quo annuente ſucciſe arbori et iam verſus
eum cadenti ſignū crucis oppoſuit: et in aliā
partē rediens: ruſticos qui in tuto loco erāt
fere oppreſſit. Quo viſo miraculo ad fidē cō-
uerſi ſunt.

¶ Qr deus aſſumpſit ad gloriā ſuam beatum
martinū: qui ꝑnunciauit diem obitus ſui: et
cum ingenti deuotōe ex hac vita diſceſſit: cu-
ius tranſitus fuit diuinitus reuelatus.
¶ Capitulū. iij.

Tercium myſteriū cōtemplandū de li-
beralitate ſancti martini dicit̄ glorifi-
catio. Adeptus quippe eſt gloriā celeſtis re-
gni in qua ꝑpetuo cōmorabitur in gaudio ꝛ
exultatione eritqꝫ felix inter ſanctos et ange
los et ipe ſanctus. Sanctitas vero eiꝰ in ex-
tremo vite maxime innotuit ꝓpter tria.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Primo propter prenunciationem.
Secundo propter deuotionem.
Tercio propter reuelationem.

Primo innotuit ſanctitas bti martini ꝓpter prenunciationē. Nam obitū ſuū longe ante pſciuit quē et fratribꝫ prenūciauit. Interea condacenſem dioceſim cauſa ſedande diſcordie viſitauit. In qua diutius cōmoratus viribꝫ corpis cepit deſtitui et diſcipulis indicat ſe reſolui. Tunc oēs flentes inquiūt. Cur nos pater deſeris: aut cui nos deſolatos relinquis. Inuadent enī gregem tuū lupi rapaces. Et ille q̄ȝ motꝰ fletibꝫ eorū flens ſic orauit. Dn̄e ſi adhuc ꝑplo tuo ſum neceſſarius: nō recuſo laborem: fiat voluntas tua Dubitauit enī pene quid vellet. qꝛ nec hos deſerere nec a chriſto volebat diutius ſeparari. Secūdo innotuit ſanctitas beati martini ꝓpter deuotionē. Cum enī aliquādiu moleſtia febriū teneret et a diſcipulis rogaret vt in lectulo ſuo vbi in cinere et cilitio decumbebat ſtramentū aliquod poneret. Nō decet inquit filiū chriſtianū niſi in cinere et cilitio mori. Oculis igitur ac manibus in celū ſemper intentus inuictū ab oratōne ſpiritū non relaxabat. Et cum ſupinus ſemꝑ iaceret et a preſbyteris rogaret vt corpuſculū mutatione lateris releuaret. Sinite me fratres inquit ſinite potius celum reſpicere q̄ȝ terrā: vt ſpiritus ad dominū dirigat. Et hoc dicens vidit diabolū aſſiſtere. Quid inquit hic aſtas cruenta beſtia. Nihil in me funeſtum reperies: abrae me ſinus recipiet. Et in hac voce anno domini.cccclxvi. vite vero eius.lxxvi. ſpiritū deo reddidit. Vultus aūt eius tanq̄ȝ angeli reſplēduit: ac chorus angeloꝝ ibidē ꝯcinēs a multis auditus fuit. Ad eius autē tranſitū pictaui ſicut turonici cōuenerunt. Ibiq̄ȝ magna altercatio orta eſt. Dicebant enim pictaui. noſter eſt monachus: nos requirimus cōmendatū. Quibus illi: a nobis eſt ablatus: nobis autē a deo datus. Nocte ergo media pictaui oēs penitus ſopiunt. et ſic a turonicis per feneſtrā eiectum nauiglo ad vrbē turonicaȝ cum gaudio deportat. Tercio innotuit ſanctitas beati martini in tranſitu eiꝰ ꝓpter reuelationē. Multa quippe fuerunt de ipſo reuelata. Beatus nāq̄ȝ ſeuerinꝰ epiſcopꝰ Colonienſis: cum die dominica loca ſancta poſt matutinas more ſolito circumiret: illa hora qua vir ſanctꝰ obiit: angelos in celo cātantes audiuit: vocanſq̄ȝ archidiaconē interrogauit ſi aliquid audiret. et cum ille audire nihil diceret: et epiſcopus eum diligenter auſcultare moneret: cepit collum ſurſum extendere: aures erigere: ⁊ ſuper ſummis articulis baculo ſuſtentante ſtare. Sed dum ep̄s pro eo oraſſet: quaſdaȝ in celo voces audire ſe dixit. Cui epiſcopus. dominus meus martinꝰ eſt: qui migrauit e mundo: et nunc angeli eū in celum deferunt. demones autē affuerunt qui eum tenere voluerūt ſed nihil ſuū in eo reperientes cōfuſi receſſerunt. Archidiaconus ergo diem et horā notauit et tunc martinum migraſſe cognouit. Seuerus etiā monachus qui vitam eius ſcripſit cum poſt matutinas leuiter obdormiſſet: ſicut ipſe in quadam epiſtola teſtatur. Sanctꝰ martinus albis indutus: vultu igneo: ſtillantibꝫ oculis: crine purpureo: tenens librū in manu dextera: quem de vita eius idem Seuerus ſcripſerat eidem apparuit. Cūq̄ȝ poſt benedictionē in celū cōſcendere ipm videret: et cum eo aſcēdere cuperet: euigilauit. poſt hec autem nuncijs venientibꝫ eadē nocte ſanctū martinum migraſſe cognouit. Eo q̄ȝ die ſanctus Ambroſius mediolanenſis ep̄s miſſam celebrās ſuper altare inter ꝓphetiā et piſtolā obdormiuit: et cum nullus eum excitare pſumeret: et ſubdiaconus niſi ipſo innuente audiret epiſtolam legere: tranſacto longo ſpacio excitauerunt eum dicētes. Jam hora pterijt: et populus valde laſſus expectat: iubeat dn̄s noſter vt clericus epiſtolā legat. Ad quos ille. Nolite turbari: frater enī meus martinꝰ ad dominū migrauit. et ego eiꝰ funeri obſequium prebui. Sed vltimā orationē vobis excitantibus explere nō valui. At illi diem et horam notantes: inuenerunt tunc ſanctū martinū migraſſe ex hac vita: ꝓpter hec omnia beatus Ambro. in prefatione ait. Beatus martinus ꝓphani erroris templa deſtruxit: vexilla pietatis erexit: mortuos ſuſcitauit: ab obſeſſis corporibus demonia excluſit. ac varijs laborantes languoribꝫ ſalutis remedio ſubleuauit. Qui ita pfectus inuentus ē: vt xp̄m texiſſet in paupertate et veſte quā egenus acceperat mundi dominū induiſſe. O felix largitas qua diuinitas operit. O clamidis glorioſa diuiſio: q̄ militē texit ⁊ regē. O ineſtimabile donū: quod veſtire meruit deitatē: digne huic cōfeſſionis tue dn̄e pmia ꝯtuliſti: digne ei arrianoruȝ ſubiacuit feritas. Digne amor martini pſecutoris tormēta nō timuit. Quid erit ꝓ oblatiōe corpis integri recepturus: q̄ ꝓ quātitate veſtis exigue veſtire deū meruit et videre. hec ille. Videt et modo martinus deum in gloria claritatis ſue. videt vtiq̄ȝ et affluit ⁊ dilatatur cor ſuū. exultās leticia inenarrabili in beata vita: ad quā nos deducat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jeſus filius dei cuius nomen ſit benedictũ
in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Sermo ſexageſimusquint⁹ de ſancta ca-
therina virgine et martyre ſponſa chriſti ꝑ-
dilecta.

# Amauit eam rex.

Scribunt̃ hec verba originali-
ter Heſter. ij. c. Ex his q̃ ꝑ xp̃o be
ata catherina virtuoſe ꝑegit. fides noſtra ca
tholica magnopere roboratur. Quis enĩ in
xp̃m nõ credat verum deũ ⁊ hoĩem de virgi-
ne natũ: quẽ catherina tã cõſtantiſſime p̄di-
cauit: vt etiã dura queq; ſupplicia vſq; ad ca-
pitis truncationẽ nõ timuerit ſubire. Mira
ſunt ꝑfecto ea q̃ de catherina legunt̃: atq; ab
oĩbus fidelib⁹ non ſine deuotione recolenda
Propterea in hoc ſermõe illa conabimur ex-
plicare. Nam rex regũ dñs ieſus xp̄us ama-
uit eam: atq; benigniſſime ſibi deſpõſauit: de
qua locuturi tria myſteria ꝓponimus cõtem
planda. In quibus tres excellentie ſancte ca
therine cõtinentur.

Primũ dicitur mundicitie.
Secundũ ſapientie.
Terciũ patientie.

Qualiter btã catherina mũda fuit ab infi
delitate: a luxuria: et a ſuꝑbia. Capitulũ. i.

Primũ myſteriũ cõtemplandũ de btã ca
therina d̃r mũdicitie. Hec eſt p̄ma ei⁹ ex
cellentia: ꝓpter quã amauit eam xp̃s. Serua
uit equidẽ ſe mundã a tribus vicijs: que de⁹
maxime odit.
Primo ab infideli ſtulticia.
Secundo a carnali laſciuia.
Tercio a cordiali ſuꝑbia.

Primo btã catherina ſeruauit ſe mundã
ab infideli ſtulticia: nã idolatriã ſpreuit: ⁊ cre
didit in xp̃m ieſuꝫ filiũ dei. Vñ cũ maxenti-
us impator p̄ceſſiſſet alexãdriã: ꝯuocaſſetq;
oẽs tã diuites q̃ꝫ pauꝑes vt idolis immola-
rent: ⁊ xp̃ianos immolare nolentes puniret.
Catherina cũ eſſet annoꝝ. xviij. audiẽs aĩa-
lium diuerſoꝝ mugit⁹ et cantantiũ plauſus
miſſo illuc nuncio inq̊ri iuſſit celeriter quid
hoc eſſet. Qđ cũ didiciſſet: aſſumptis aliqui-
bus de palatio: ſigno crucis ſe muniẽs: illuc
acceſſit: ibiq; multos xp̃ianos metu mortis
ad ſacrificia duci ꝯſperit. Que vehemẽti do
lore cordis ſauciata ad impatorẽ ſe audacter
ingeſſit ⁊ ait. Salutatõeꝫ tibi ꝑferre et ordi
nis dignitas: et rõnis via monebat: ſi creato
rem celoꝝ agnoſceres ⁊ a dijs animũ reuoca
res. Stanſq; ante ianuã templi ꝑ varias cõ
cluſiones ſylogiſmorũ dociſſime multa cũ
ceſare diſputauit. Deinde rediens ad cõmu-
ne colloquiũ dixit. Hec tibi tanq̃ꝫ ſapienti ꝓ
ferre curã. Nunc aũt quare incaſſum cõgre-
gaſti hanc multitudinẽ ad colendaꝫ ſtulticiã
idoloꝝ. Miraris hoc tẽplũ manu artificum
opatũ. Miraris ornamenta precioſa q̃ velut
puluis añ faciẽ venti erũt. Mirare poti⁹ ce
lum ⁊ terrã mare ⁊ oĩa q̃ in eis ſunt. Mirare
ornanẽta celoꝝ: ſoleꝫ videlicet lunã et ſtellas
Mirare famulatũ eoꝝ q̃liter a mundi initio
vſq; ad finem die et nocte currunt ad occidẽ
tem: et redeunt ad oriẽtem: nec vnq̃ꝫ fatigant̃
Et cũ hec aĩaduerteris interroga et diſce q̇s
ſit eoꝝ patrator. Cũ aũt ip̃m eo donãte intel
lexeris: nec illi ſimilẽ inuenire valueris: ip̃m
adora: ipſum glorifica. Jpe enĩ ẽ deus deoꝝ
et domin⁹ dominantiũ. Cũq; de incarnatõe
filij ſapienter plurima diſputaſſet: ſtupefact⁹
ceſar nõ valuit ad hec rñdere: Tandem ad ſe
reuerſus dixit ad eã. Sine o mulier. ſine noſ
finire ſacrificiũ: et poſt hec tibi rñſa reddem⁹
Precepit ergo eam ad palatium duci: et cum
omni diligẽtia cuſtodiri. Ex quib⁹ p̄tꝫ q̃ꝫ fer
uens erat fides catherine: q̃ꝫtumq; infidelita
tem horrebat. Sed vt ea q̃ dicta ſunt cũ ali-
qua doctrine ſpeculatõe auidius capiantur:
tria dubia ſunt declaranda.

Primũ vtrũ infidelitas ſit peccatũ.
Scdm̃ vtrũ infidelitas gentiliũ ſit grauior
ceteris.
Terciũ vtrũ q̃libet actio infidelis ſit pct̃m.

Ad primũ dubiũ rñdet tho. ſ̃a ſ̃e. q. x. ꝙ infi
delitas eſt peccatũ. q꞉ ꝯtrariat̃ virtuti fidei:
veruntñ p̄t dupliciter accipi. Uno mõ ſcd̃m
purã negationeꝫ: vt dicat̃ q̇s infidelis ex eo
ꝙ nõ habet fidẽ. Alio mõ poteſt infidelitas
intelligi ſ̃m cõtrarietatem ad fidem. quia ſcꝫ
aliq̇s repugnat auditui fidei vel etiã ꝯtemnit
ipſam. Et in hoc ꝓprie ꝑficitur rõ infidelitatiſ
Et ſ̃m hoc infidelitas eſt pecatũ. Si aũt ac
cipiat̃ infidelitas ſ̃m puraꝫ negationẽ ſicut
in illis qui nihil audierũt de fide nõ hꝫ ratio
nem peccati ſed magis pene: q꞉ talis ignoran
tia diuinoꝝ ex pctõ primi parẽtis eſt cõſecu-
ta. Et qui ſic ſunt infideles damnant̃ quidẽ
ꝓpter alia peccata: q̃ ſine fide remitti non p̄nt:
nõ ꝓpter ipaꝫ infidelitatẽ. Vñ xp̃s dixit. Si
nõ veniſſem et eis locutus nõ fuiſſem pct̃m
nõ haberẽt. Et ſ̃m Aug⁹. loquit̃ de peccato
q̃ iudei nõ crediderũt in xp̃m. Eſt ergo infi-
delitas ſecũdo mõ dicta grauiſſimũ pct̃m: q꞉
cũ om̃e peccatũ formaliter cõſiſtat in auerſio
ne a deo tãto aliq̇đ peccatũ eſt grau⁹ quãto
ꝑ ip̃m magis hõ ſeparat̃ a deo: ꝑ infidelitatẽ
maxime a deo homo elongat̃. q꞉ nec verã dei



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf